

II. VANACINI. *Erbalunga.*

Vanacinarum meminit Ptolemaeus (3, 2, 6 : τὴν δὲ ἀρχικωτάτην ἄκραν Οὐανακηνόν) inter Corsicae ἔθνη καμηδὸν οἰκοῦντα ad promunturum maxime septentrionale, olim sacrum (Ptolemaeus 3, 2, 5), iam *Capo Corso*, id quod recte respondet eis quae de loco inventae tabulae traduntur. Finitimos iis Marianos fuisse cum ex eadem intelligatur, id quoque respondet traditis de colonia hac condita a C. Mario, de qua quae extant testimonia Plinii, Senecae, Melae supra in capite de Aleria attulimus; ubi fuerit, determinant Ptolemaeus (3, 2, 5 Μαριανὴ πόλις) et itinerarium Antonini l. c. — Rem publicam Vanacinos habuisse

praeter alia ostendunt magistratus eius senatoresque, ad quos imperator haec scripsit, sed eam sine dubio non formae Latinae, nedum Romanae; id quod ipsi illi termini confirmant Latinorum vocabulorum proprietatem praeterea in eiusmodi inscriptionibus usitatam data opera evitantes. Conferri poterunt *senatus consultum* tituli bilinguis Sulcitani (supra n. 7513) et *senatus populusque* decretorum Africanorum vol. V n. 4920, 4922 et vol. VIII n. 68, 10525 (anni opinor u. c. 693 ante conditam coloniam Iuliam Curubin).

8038 lamina aenea reperta ante aliquot annos in vico quodam partis septentrionalis insulae Corsicae et a vicanis illis dono data [Friderico] Imperiali praefecto insulae a Genuatibus creato [a. 1669 teste Ioh. Carolo Gregorj *statuti di Corsica* vol. I p. XVII] CHAM.

IMP·CAESAR·VESPVASIANVS·AVGVSTVS
 MAGISTRATIBVS · ET · SENATORIBVS ·
 VANACINORVM · SALVTEM · DICIT ·
 OTACILIVM · SAGITTAM · AMICVM · ET · PROCV
 5 RATOREM · MEVM · ITA · VOBIS · PRAEFVISSE
 VT · TESTIMONIVM · VESTRVM · MERERETVR
 DELECTOR
 DE · CONTROVERSIA · FINIVM · QVAM · HA
 BETIS · CVM · MARIANIS · PENDENTI · EX
 10 IS · AGRIS · QVOS · A · PROCVRATORE · MEO
 PVBLILIO · MEMORIALE · EMISTIS · VT
 FINIRET · CLAVDIVS · CLEMENS · PROCV
 RATOR · MEVS · SCRIPSI · EI · ET · MENSOREM
 MISI
 15 BENEFICIA · TRIBVTA · VOBIS · AB · DIVO
 AVGVSTO · POST · SEPTIMVM · CONSvla
 TVM · QVAE · IN · TEMPORA · GALBAE · RETI
 NVISTIS · CONFIRMO
 EGERVNT · LEGATI
 20 LASEMO · LEVCANI · F · SACERD · AVG
 EVNVS · TOMASI · F · SACERD · AVG
 C · ARRVTIO · CATELIO · CELERE · M circa a. 72
 ARRVTIO · AQVILA · COS · IIII · IDVS · OCTOBR

u. c. 727

Stephanus Chamillart soc. Iesu *dissertations sur plusieurs médailles* (Parisiis 1711, 4, pp. 109) p. 101 (inde Mur. 1091, 1, 2004, 2). Orelli 4031.

Dixi de rescripto hoc *Staatsrecht* 2 p. 1071. Consules cuius anni sint, non satis constat. Egerunt de iis Marinius Arv. p. 149, 152 et Borgheus opp. 7, 398. Cf. Henzen Arv. p. 195 et vol. V n. 2819.

8039 in vico Erbalunga à la sortie du village et à droite du chemin qui conduit à Siso par la marine.

CALISTO NIEIMI^{CI}

Mérimée *voyage en Corse* 1840 p. 68.
 Fortasse non est aetatis Romanae.

III. INCERTA CORSICAE.

8040 ex Corsica translata Genuam (cf. vol. V n. 1008*, 8).

D · M
 C · BAEBIO · MARINO
 BAEBIVS · MARTIALIS
 ET · BAEBIA · PROBA
 5 LLIB · PATRI · PIENTIS

Sponius misc. (1685) p. 264 ex schedis Bocconi.
 5 LLIB] malim FILI.